et simplicissime Et quomodo monachi et moniales
debent accipere victum et amictum / Legatur
epistula concilii paris. magri heinrici de hassia
qui fuit primus inceptor studii generalis uni-
versitatis wyneñ quam quasi prophetice (!)
scripsit ex omnibus scienciis et facultatibus
congregavit. fuit namque maximus clericus
et futurarum tribulacionum illustrator
/ Legantur omnes prophecie tam veteris quam
novi testamenti. atque omnium spalium (!)
propheciarum libri sibillarum et cronicarum
quia in brevi videbimus mirabilia dei magna
et amara valde omnibus falsitati et mendacio
adherentibus de quibus david in spiritu sancto predixit.
Dominus narravit in scripturis populorum
et principum horum [?] in ecclesia dei.
/ Prophecia approbata et canonizata ab
ecclesia sancti patres prophetaverunt de
ultima generacione. dicentes Quid operati
sumus nos et respondit Scitio / venerabit,
et dixit quod nos mandata dei custodimus at
illi dixerunt / hii vero qui venerint post
nos quid facient Respondit no
Dimidium operis nostri Quid autem

facturi sunt hii qui post illos venerint.
Respondit. Omnino non habebit operacionem illa
generacio. Venture autem sunt illis temptaciones
et qui illo tempore probati reperti fuerint
meliores nobis et patribus nostris erunt.
Legantur maximi libri sancte virginis hildegardis
que floruit tempore beati Bernhardi. Mutuo
alterutrum scribentes / Cuius (p. 476) prophecia
approbata est ab ecclesia à concilio Treverensi
a papa Eugenio 3°. legantur profundissime
regulaciones libri et prophecie sancte Brigitte
que ad partes scripsit Q'adest tempus iudicii
dei / Legantur omnes libri virginis venerande
katherine de Senis cui dominus mirabilia revelavit.
Et specialiter de clero quomodo discesserunt a veritate
ex parte papatus et imperii. et quod in ecclesia
dei proprie loquendo hereses non surgent.
sed erunt divisiones tocius ecclesie et
hec concordant cum dictis hildegardis que
predixit Q[?] p generale concilium determinabi-
tur quod quilibet regio rex princeps vel
dux sive civitas per se constituet sibi spiri-
tualem patrem et rectorem Et non obedient
neque pape neque imperatori. Dicentes Quid